complendisque praemissis Citatus extunc praenominatus recognoscens
Nobilis Nicolaus Bukoski, aut eius successores, ad instantiam praedi:
cti Nobilis Iwan Jaworski Obligatarii sui, seu illius suc:
cessorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, ex
tunc recessu supra scripto, quoad respondendum et inscriptioni
praedictae in toto satisfaciendum spectat, mediante, semper in primo
Citationis Termino tanquam peremptorio stare, iuri parere, respon:
dere, vadium praetactum luere, inscriptioni satisfacere, ac omne iudicatum
pati debebit ac tenebitur, seque ac suos successores ad eadem
omnia obligat: cum ipsum Terminum primum peremptorium et
alios omnes consequentes causae eiusdem Terminos semper perempto:
rios vera infirmitate, per maiori, minorennitate successorum, le:
gatione intra vel extra Regnum, servitio militari admunimen:
to, vel Exercituum vel aliis quibuscunque dilationibus et legalibus
impedimentis non differendo: ad quietudinem ultra praemissos per
nunc Officii eiusdem Terminos, dilationem sibi non recipiendo:
nullasque motiones, appellationes, ac earum prosecutiones facien:
do, praemissaque omnia praedictis simplicibus vel triplicatis, evasio:
nibus, suspensionibus, Fatalis Iuris, processu Terrestri, bello,
convocationeque, tum aliis quibuscunque iuris remediis et defen:
sis non subterfugiendo. Hac sua praesenti personali recogni:
tione ad praemissa omnia mediante.

Wasko Pysznego Cerdo Pre: myslienſis, Jaroſławskim coniugibus vendit.

Comparens personaliter coram Officio actisque praesentibus Castrensibus

Capitaneali:

Capitanealibus Premisliensibus Honestus Wasko dictus Pysznego syn, Cer:
do de suburbano Premisliensi, sanus mente et corpore existens:
Foro, iuribus, iurisdictionibusque suis quibuscunque propriis et competentibus
renunciando, Foroque vero Castrensi Capitaneali Premisliensi iurisdi:
tioni, se cum successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus, quoad vim
actus praesentis, totaliter, plenarieque subiiciendo subdendoque, palam, libere,
publice atque expresse recognovit. Quia ipse suo et Honestae Mari:
nae Protopowna coniugis suae legitimae, pro cuius ratihabitione ca:
vet ac se praesentibus inscribit nomine, bona sua et praefatae
consortis suae haereditaria, videlicet hortulanium suum haereditarium,
inter domus Zielichowe ex una, ex altera vero parte Hara:
skowey in suburbano Premisliensi iacentem; cum videlicet bona
quae is idem recognoscens cum praedicta consorte sua, ab Hone:
sto Sienko Wanion syn Cerdone de suburbano Premisliensi
et Hasia Jackowska coniugibus, livi iure haereditario acquisi:
vit: cum omni eorundem bonorum iure dominio et proprietate, tituloque
haereditario, omnibusque et singulis bonorum eorundem utili:
tatibus fructibus proventibus et emolumentis, obventionibusque qui:
buscunque, ac attinentiis et pertinentiis quibusvis universis, nullis penitus
exceptis, sibi Recognoscenti ac praefatae consorti suae, suisque amborum
successoribus, alteri alii cuipiam reservatis: sed omnibus in genere
et singulis in specie complexis, generi per speciem et e contra:
rio non derogando: atque ita omnino late longeque, prout eadem bona
sua in circumferentia ab antiquo continentur, et prout eadem
ipsemet recognoscens et praefata consors sua, tenuerunt, habue:
runt, possederunt, illisque utifruebantur, prout sibi modo praescripto
acquisita sunt, seque hactenus ultime concernebant. Jam ex

nunc et de facto Honesti Jackoni Jaroslawski Cerdoni de eod[em]
sub castro Premisliensi et Catherinae Mydlicska coniugibus
legitimis, eorumq[ue] posteris, pro summa Quinquaginta flo:
renorum pecuniae Polonicalis, monetae ac numeri communi:
ter in Regno currentis, quemlibet videlicet grossis triginta
Polonicalibus computando florenum, per se recognoscen:
tem ab eisdem Jaroslawskie coniugibus realiter levata et
percepta (de qua ipsos suo et praefatae consorti suae nomine
is idem recognoscens praesentibus quietat emittit et libe:
rum absolutumq[ue] perpetuo facit) vendidit, inscripsit, et resi:
gnavit, prout praesentibus vendit, inscribit et resignat, perpe:
tuis et diuturnis temporibus. In quae quidem bona modo praemis:
so vendita is idem recognoscens suo et praefatae consorti suae no:
mine eisdem Jaroslawskim coniugibus, iam ex nunc et de fa:
cto coram eodem Officio praesenti, realem intromissionem, cum vario(?)
vindi seu aliis, pro more Consuetudinis recepto, ac Iuris sui
exigentia; pacificumq[ue] et actualem cum praesentaneo desuper:
tum eorundem bonorum possessionem, quandocunq[ue] voluerit
effectualiter acceptandam dat et admittit: per ipsos Jaroslawskie conjuges
haec eadem vendita bona, immunis eorum cum attinentiis, Coniug[ibus]
similiter posteros tenenda habenda possidenda, ac ad suos
suorumq[ue] successorum quosvis beneplacitos usus libere
et effectualiter convertenda. Debetq[ue] et tenebitur is idem
praenominatus recognoscens Honestus Wasko Pyssnego Syn,

prout se

prout se ac suos successores de et super bonis suis gradatim omnibus
ac summis quibusvis pecuniariis habitis et habendis eisdem
Honestis Jackoni et Catherinae Jaroslawskim coniugibus eo:
rumq[ue] posteris praesentibus inscribit et obligat: ipsos et eorum
successores legitimos, in eisdem bonis venditis et ratione eorundem, ab
omni et quavis impetitione iuridica quarumcunq[ue] personarum
cuiuscunq[ue] conditionis status et sexus existentium, in quovis
Iudicio et Officio Regni punctuq[ue] et gradu Iuris, toties quo:
ties opus fuerit, tueri, defendere, evincere, intercedere, ac elibe:
rare, indemnesq[ue] et indemnes suis cum posteris reddere. Nec
non haec eadem ipsa bona praesentibus vendita, ab omnibus iuribus
et inscriptionibus prioribus et posterioribus, et quibusvis iuridicis
impedimentis, ea ipsa bona gravantibus et afficientibus emunda:
re et eliberare, mundaq[ue] et libera semper facere: ita ut
ab omni praeditione(?) et impedimento iuridico iidem Jaroslawscy
coniuges, eorundem emptorum bonorum ratione liberi, et suis cum
successoribus immunes esse possint. Idq[ue] sub altera sui:
bus summa, aliorum videlicet Quinquaginta florenorum
Polon[icalium] vadio per praedictum recognoscentem Honestum Wasko
Pyssnego Syn; et ipsius successores, praedictis Jaroslawskim
coniugibus ipsorumq[ue] posteris, ob non completionem praemissorum
omnium et singulorum, in toto pariter ac in quavis
minima parte, toties quoties opus fuerit ad solvendum suc:
cumbendo. Praeterea nihilominus idem praenominatus recognoscens

Honestus Wasko Cerdo Pysznego Syn nuncupatus, se ac suos suc-
cessores, de et super bonis suis generaliter omnibus, ac summis pe-
cuniariis quibusvis, quaecunque nunc sunt et in posterum habebu-
erint, eisdem Honestis Jackoni et Catherinae Jaroslawskim co-
niugibus eorumque posteris successoribus obligat, et obstringit, praefa-
tam Honestam Marusiam Prokopowna coniugem suam, cum assistentia
sui, et si alicuius partis alterius de iure requiritur, assistentia, vel
in eventu mortis eius ipsius consortis suae, illius successores, ad acta
praesentia Castrensia Premisliensia, ante [illegible] anni ab actu
praesenti computandi decursum, ad applacandum per ipsam vel ipsos
inscriptionem praesentem venditoriam vel similem seu per interesse
faciendam sistere, et personaliter statuere et adducere, aliasque
vel aliis ut praemissa exequantur efficere. Sub speciali et se-
orsivo totidem florenorum vadio, per eundem recognoscentem
aut eius successores eisdem Jaroslawskim coniugibus et eorum
posteris in defectu satisfactionis praedescriptae, tempore praefixo
praestito, ad solvendum toties quoties opus fuerit succumbendo.
Pro quibus quidem vadiis, seu alterutro illorum sigillatim, modo
praemisso succumbito, una cum re ipsa principali, quamvis ex praemisso
non completa complenda, complendisque praemissis, idem eorum praenomi-
natus recognoscens Honestus Wasko Cerdo Pysznego Syn nun-
cupatus, sive eius successores, ab eisdem recognitis Ja-
roslawskie Coniugibus eorumque successoribus, ad primam sui eo
nomine obdestinationem, coram Magnifico Loci huiusce Capitaneo
seu Burgrabio Castri, seu quovis alio, qui iurisdictioni praesidenti

[illegible]

[illegible] sui recognitis competenti, illo pro tempore praefuerit, confestim sese
sistere, iuri parere, respondere, Vadium succumbitum luere, rei principali
qua ex praemissis non completa complenda conveniretur, satisfacere, eorumque
iudicatum pati debebit ac tenebitur, seque ac suos successores ad
eadem omnia obligat: eum ipsum primae sui obdestinationis termi-
num, illis omnino diffugiis et dilationibus, motionibus et appellationibus
aliisque quibusvis iuridicis et colloribus differendo et evadendo: imo
hac in parte omnibus iuris beneficiis abrenunciando. Hac sua praesenti
personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Krynicki et Swidzinowski roborat.

Coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus
personaliter comparentes Generosi Nicolaus Krynicki ab una, et Ga-
sparus Swidzinowski ab altera partibus, sani mentibus et corpo-
ribus existentes; a Terris, districtibus, iudiciis iurisdictionibusque suis
quibusvis propriis et competentibus recedendo, fori vero Castrensis
Capitanealis Premisliensis Officii iurisdictioni, se cum successoribus bo-
nisque suis quantum ad hoc, quoad actum praesentem, totaliter et plenarie incor-
porando atque subiiciendo, palam libere ac per expressum recognoverunt
et eorum quilibet suo sigillatim ex interesse recognovit. Quia
ipsi se ac suos successores de et super bonis suis quantum omnibus, ac
summis quibusvis pecuniariis habitis et habendis sibi mutuo et ad
invicem, et posteris utriusque sui, inscribunt et obligant praesentem
Intercisionem certam inter se recognitam ratione certarum rerum et
conditionum in eadem contentarum, de actu et data ipsius hic Premi-
slie die hodierna in actu contenta confectam, manibus suis recog-
noscentium propriis subscriptam, in omnibus et singulis eius ipsius
Intercisionis conditionibus, punctis, clausulis, articulis, ligamentis
et nexibus quantum Universis, firmiter tenere, complere, exequi ac